

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Apologeticus contra gentes**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**[Venedig], nicht nach 1494**

Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium

[urn:nbn:de:bsz:31-300421](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300421)

missum est: quantum p̄ deo nō licet: & tamen illis omnibus & statuas diffunditis: & im-  
gines, inscribitis: & titulos inciditis in eternitatem: quantum de monumentis potestis sci-  
licet prestatis: & ipsi quodammodo mortuis resurrectiōem hanc q̄ ueram a deo sp̄ati si p̄  
deo patiat̄ infans est. Sed hoc agite boni præsides meliores multo apud populum si il-  
lis christianos imolaueritis: crutiare: torquere: dānate: atterite nos. Probatio est. n. innocē-  
tiæ nostrę iniquitas uestra. Ideo nos hęc pati Deus patitur. Nā & p̄xime ad lenonem dam-  
nando christianam potius q̄ ad leonem confessi estis labem pudicitię apud nos atrociorē  
omni p̄cna & omni morte reputari: nec quicq̄ tamē p̄fuit. Exq̄sitor quæq̄ crudelitas ue-  
stra illecebra est magis sectæ. Plures efficimur quotiens metimur a uobis. Senten est san-  
guis christianorū: multi apud uos ad tollerantiam doloris & mortis hortantur: ut Cicero  
in tusculanis: ut Seneca in fortuitis: ut Diogenes: ut Pyrron: ut Galinicus. Nec tamē tan-  
tos inueniunt uerba discipulos: quātos christiani factis docendo. Illa ipsa obstinatio q̄ ex  
probat̄ magistra est. Quis. n. non contemplatione eius concutitur ad req̄rendum qd̄ in  
tus in re sit? Quis nō ubi requisit̄ accedit: ubi accessit pati exoptat: ut dei gratiam redi-  
mat: ut omnem ueniam ab eo compensatiōe sanguinis sui expediat: omnia enim huic ope-  
ri delicta donātur. Inde est q̄ ibidem sententiis uestris gratias agimus: ut est æmulatio di-  
uinę rei & humanę: cum dānamur a uobis a deo absolui mur. . F I N I S.

Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.

Item Sermo pulcherrimus de Vita eterna. Caput. xlvii.

Icut dicit Augustinus. Beata est uita cum id quod hominibus optimum est ha-  
betur & amatur. Si alicui nunciaretur q̄ esset heres alicuius magne possessionis  
uel hereditatis. unde magnus honor sibi uel suis posset euenire. multum gaude-  
ret & magnas expensas faceret & poneret se in multis miseriis & transiret maria & mōtes  
ut cito ueniret ad hoc. Et si dimitteret se exhereditari. accideret exprauitate magna & defe-  
ctu cordis. Deus autem nunciat amicis q̄ sunt heredes uite & regni eterni. Iob. xxxvi. An  
nunciat amico quoniam possessio eius sit. s. q̄ habeat ibi ius. & q̄ ad eam possit ascendere:  
nisi ex prauitate cordis & defectu p̄dat. Super hoc expauit cor meum factum in tali excelsu  
quasi motum de loco suo. Parum fuit q̄ saltaret de uentre ob sui desiderium. Vita eter-  
na debetur nobis iure hereditario. Turpe est cum terra aliqua uenditur si ab eis qui nō sunt  
de cognitiōe ematur. Sicut nos omnes sumus fratres christi. unde hereditatem regni celo-  
rum quam uenditioni exponit emere debemus. Hier. xxxii. Eme agrum meum qui est in  
anathot. tibi enim competit iure propinquitatis. Item libenter dicitur res emi in qua quis  
nec falli potest nec damnificari. Tale est regnū celorum q̄ tūcunq̄ cōstet. Prouer. vlti. Cō-  
siderauit agrum & emit illum. Et sequitur. Gustauit & uidit quoniam bona est negotia-  
tio eius. Item deus multum ostendit eternam uitam uel gratiam ualere & magnā esse quā  
do eam tam care uendit amicis quos nullo modo deciperet. Petrus emit eam martirio cru-  
cis. Paulus amputatione capitis: & sic de aliis. Ipse enim filius dei emit eam amicis suis ef-  
fusiōe sanguinis sui. Magna ergo insania uidetur illi qui credit ad melius fore habere uinū  
q̄ filius uel serui domus uel etiā paterfamilias. Sic q̄ paradysum ad melius fore uult hēre q̄  
scti uel ipse christus. Lu. vlti. Nōne oportuit christū pati. &c. Greg. Quis sctōz sine tribu